Fragmentarium

Et tulit magister militiae sareiam
sacerdotem primum · et sofoniam sacer-
dotem secundum et tres custodes vesti
buli; Et de civitate tulit eunuchum unum
qui erat praepositus super viros bellatores
et septem viros de his qui videbant faciem
regis qui inventi sunt in civitate. Et
scribam principem militum qui pro
babat tyrones et sexaginta viros de popu
lo terrae qui inventi sunt in medio civi
tatis; Tulit autem eos nabuzardan
magister militiae et duxit eos ad re
gem babylonis reblatha; Et percussit
eos rex babylonis et interfecit eos in re
blatha in terra emath et translatus
est iuda de terra sua. Iste est populus
quem transtulit nabochodonossor
in anno septimo iudaeos III et XXIII · in an
no XVIII nabochodonossor de hierusa
lem animas DCCCXXXII · In anno vice · II ·
simo tertio nabochodonossor trans
tulit nabuzardan magister mili
tiae animas iudaeorum DCCXLV.
[Omne]s ergo animae quattuor milia sexcentae.
[E]t factum est in tricesimo septimo an
[no trans]migrationis ioachim regis iu
[da] duodecimo mense vicesima quinta
[men]sis. Elevavit evilmerodach rex ba
[bylo]nis ipso anno regni sui caput ioa
[chi]m regis iudae. Et eduxit eum de domo
carceris et locutus est cum eo bona
posuit thronum eius super thronos re
gum qui erant post se in babylonem
[et mu]tavit vestimenta carceris eius

et comedit panem coram eo sem[per cunc-]
tis diebus vitae suae. Et cibaria
cibaria eius perpetua dabantur ei a rege
babylonis: statuta per singulos dies
usque ad diem mortis suae cunc-
tis diebus vitae suae.
·I· Aleph. Quomodo sedit sola civi
tas plena populo facta est qua[si vi]
dua domina gentium princeps
provinciarum facta est sub tribu[to.]
Beth. I. Plorans ploravit in noc[te et]
lacrimae eius in maxillis eius [non est]
qui consoletur eam ex omnibus ca[ris]
suis; omnes amici eius spreverunt eam et fact[i]
Gimel. A. Migravit iuda ... inimic[i]
propter afflictionem et multitudi
nem servitutis; habitavit inter gen
tes nec invenit requiem: omnes per
secutores eius apprehenderunt eam int[er]
·II· Deleth. L. Viae sion lugi[nt] ... angus[tias]
eo quod non sint qui veniant a[d]
sollemnitatem. omnes portae eius d[est]
ructae sacerdotes eius gementes vir
gines eius squalidae. et ipsa oppressa
amaritudine.
Heit. Facti sunt hostes eius in capi[te]
inimici illius locupletati sunt.
quia dominus locutus est super eam p[ro]p
ter multitudinem iniquita[tis]
eius. parvuli eius ducti sunt in capti[vita]
te ante faciem tribulantis.
Vau. Et egressus est a filia [sion]
decor eius. facti sunt prin[cipes]
velut arietes non invenien[tes]

cer

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 8v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73680)